



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm  
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

XXX. Parænesis ad quotidianum examen conscientiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

XXX. PARÆNESIS AD QUOTI-  
dianum Examen Conscientiae.

*Cap. 15 v.15.* **E**XORDIUM duces à Proverbio Salomonis:  
*Vide P. Iohann.* Secura mens, quasi iuge convivium, quod in-  
*Busaeum in* Busaeum in  
*Virid Virt.* nuar, quam jucunda sit bona & innoxia conscientia.  
*Syr. 13. v.30.* Ut enim qui in convivio sunt, tum varietate  
*Bona est* Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia.  
*admodum* admodum exhilarantur: sic justi testimonio bona  
*conscientiae*, & odore divinæ præsentie, aqua  
*ram* nobile salutis pignus in anima acceptum  
*vehementer* vehementer delectantur. Et cum illud gaudium  
*fit terrenum & fluxum*, hoc cœlestē est & per-  
*petuum*: illud incipit cum fame, & definit cum  
*fastidio*, sæpe etiam cum morore & morbis; hoc  
*verò* incipit cum gaudio, eoque semper ote-  
*minatur.*

*Non est*  
*oblecta-*  
*mentum*  
*super cor-*  
*dis gau-*  
*dium.*

*2. Cor. 1. v.12*  
*Gloria*  
*nostra. &c.*

*1. Tim. 1. 19.*

*In PROPOSITIONE dices*, quod et si sint di-  
*versa media ad consequendam bonam conser-*  
*tiam idonea*, ut fuga peccati lethalis, Confessio  
*peccati*, si forte jam admissum est, & fides Catho-  
*lica bonis operibus conjuncta*, tamen auditores  
*invitatutum ad quartum duntaxat medium*, quod  
*est quotidianum examen conscientiae*, quo cubi-  
*culum conscientiae quasi ab omnibus sorribus pur-*  
*rum, & mundum conservatur.*

**C**ONFIRM. I. **L**OCUS, *ab adjunctis fructibus*  
*bujus examinis.* **P**RIMUS, quod nihil æquè ad  
*profiliandos* demones, & contra, nihil æquè ad con-  
*ciliandos* nobis bonos Angelos valeat, atque hoc quo-  
*tidianum examen.* Ut enim in iis domib[us] in qui-  
*bus* creber scoparum est usus ad everendas pav-  
*imenti* angulorumque lordes & parietum laque-  
*riumque* telas, nullæ apparent araneæ: sic ubi fre-  
*quentatus* est examinis conscientiae usus, longè  
*absunt* omnes laquei, insidiæque diaboli; accu-  
*runt verò Angelib[us]. Quid enim agimus in hoc*

exq.

Examine, nisi quod de lapsibus commissis doleamus, de bonis autem operibus gratias Deo agamus? Gaudent autem Angeli super uno peccatore pœnitentiam agentem. Si gaudent boni, certè mōrent & fugiunt mali.

SECUNDUS, quod sicut pavimentum, quod saepius vertitur, hoc purius redditur, & clarior videatur, sic qui saepe inquirunt in conscientiam suam, puriorē eam ab omni peccatorum pulvere reddunt, & citius in notitiam sui, virtutē in tantopere etiam ab Ethniciis laudatam, perveniunt.

TERTIUS, Quemadmodum in scholis, in quibus crebræ sunt disputationes, frequentes prælectionum repetitiones, quotidianaque earum examina, scriptiorum item & commentationum domesticarum stara exactio, censura absentiarum ac notæ linguae Latine & morum, magnopere in litterarum virtutumque Christianarum studio proficitur: sic in Schola religiosæ ac piæ vitæ, ubi non semel in dies singulos cogitationum, sermonum, actionumque rationes per examen ad calculos revocantur, maximus fit in pietatis cursu progressus. Si enim S. Chrysostomus asseverare audet, nos, si vel uno solo mense conscientiam semel ad vesperam excutiamus sedulò, posse ad perfectum virtutis habitum pervenire, quanto magis si in ea consuetudine persistiterimus per multos annos?

QUARTUS, quod cornucopiae commodorum charismatumque spiritualium in animam hominis inferat. Nam qui conscientiam discutit, multas simul exercet virtutes, ut, Religionis, quia ab oratione examen inchoatur, & pro beneficiis gratiae Deo aguntur. Deinde Humilitatis, & Pœnitentia, quia in ea homo se agnoscit peccatorem, & de peccatis dolet, lachrymas fundit, poena saepe voluntaria ea expiat. Adhac Spei &

*Charitatis: confidit enim se veniam peccatorum à Deo obrenturum, quēm uti suum Creatorem & benefactorem diligit super omnia. Tum Timoris Dei, quia ideo iudex sui hic efficitur, ut iudicium Dei præveniat; nec enim bis Deus iudicat id ipsum.*

*Munit quoque se contra tentationes futuras;*

*2. Cor. XI. 31. virtus extirpat, pravas inclinationes tollit, constitudines malas evellit, virtutes inficit, conscientiam serenam & tranquillam reddit, ac demum efficit, ut homo semper ad Confessionem Sacramentalem faciendam, & SS. Eucharistiam sumendam, ad quam etiam S. Paulus requirit Probatorem sui ipsius, per hoc examen sit comparatus.*

*II. Locus, ab adjuncta necessitate. Quemadmodum enim in urbe, vel provincia, in qua nullus est magistratus, nullus senatus, iudex nullus, nulla justitia administratur, nunquam est pax vel securitas, immo nihil bonum: sic in anima hominis nullum instituentis rerum à se gestarum examen nullum judicium exercens, diu pax & tranquilitas esse nequit, sed nec ulla solida virtus. Unde B. Greg. non dubitat affirmare, etiam pios homines, si examen illud negligant, paulatim in studio virtutis desicere. Sicut enim, inquit, non sentimus quomodo crescunt membra, proficit corpus, mutata species, nigredo capillorum albescit in canis: hac enim omnia nobis nescientibus aguntur in nobis: ita membra nostra per momenta vivendi ipsa curarum usu à semetipsa, permittatur, & non agnoscimus, nisi vigilanti custodia ad interiora nostra residentes, profectus nostros quotidie defectumque pensamus. Hoc ipsum enim in hac vita mortali consistere, quasi ad vetustatem are est, & cum indiscussa mens relinquitur, in quodam senio corporis sopitur: quia sui negligens, & propositum robur insensibiliter perdens, à fortuna prioris forsanitatis, dum nescit senescit, &c. Et: cum vero se*

*meli-*

## CONSCIENTIA.

124

metipsam quarit, subtiliter pœnitendo se discutit, ab ipsa hac vetustate sua tota lachrymis & mœvors incessa renovatur, & qua jam penè inueterata frixerat, per subministrata interni amoris studia novum calet. Vnde Paulus Apostolus usu mortalis vita vetera- Eph. 4. v. 24. scentes discipulos admonet, dicens; Renovamini spiritu mentis, &c.

Adhèc quemadmodum horrus salutares herbas & flosculos producere nequit nisi continenter hortulani sarculo noxiæ radices, lolium & lapides eruantur; haud secus in animæ nostræ horto nunquam rectè excrescent herbæ virtutum, & flores donorum Spiritus Sancti; lilium castitatis, rosa charitatis, viola humilitatis & pœnitentiæ, nisi sarculo examinis pravæ cupiditatum & inclinationum radices quotidie extirpentur.

III. Ab hoc Simili: Sicut quotidie manus, faciem, vestes, calceos, scutellas, domum expurgamus, qui quotidie ea sordibus inquinamus; sic convenit, ut quotidie conscientiam examinemus, ut sordes, sive magnas, sive parvas, in ea contractas eluamus.

IV. Ab exemplis divinis, ut 1. Davidis, qui ait, Psal. 76. v. 6. Cogitavi dies antiquos, & annos eternos in mente habui. Et: meditatus sum nocte cum corde meo, & excitabar, & scopebam spiritum meum. 2. REGIS EZECHIAE, qui memor annorum æternorum, in deliciis vel suppliciis æternis transigendorum, recogitabat omnes vita sua annos in amarissima. Is. 38. v. 15. anime sue.

V. A testimonio SS. Patrum, qui nobis hoc examen multis & prolixè commendant. S. Basilius. Quæ quotidie feceris opera, inquit, vespere tecum commemorata, & cum iis, quæ feceris pridie, conferto. B. Ephrem, Negotiator, inquit, secularis quotidie damnna & lucra computat. Diebus singulis vespere & mane considera, quo pacto se habeat negotiatio tua; &

H 5

vespe-

Ser. ad Ma-  
nachos de  
abdic. mundi.  
Ser. de vita  
religiosa.

vespere quidem ingressus cubiculum examinat ipsum,  
quid egeris: si quid male, ingemisce, & lacryma. Fadi  
diluculo examina quid nocte. S. Greg. 35. Moral. c. 17.  
Reproborum esse proprium solet semper prava agere, &  
nunquam qua egerint retractare. Et. At contra  
electorum est, actus suos quotidie ab ipso cogitationis  
fonte discutere, & omne quod turbidum proficit, abin-  
timus exsiccare.

VI. A testimonio Ethnicorum. S. Anton. scribit de  
Pythagoræis Philosophia: Dicebant Pythagorei,  
duorum temporum quam maximam habendam curam,  
mane & vespere, id est, eorum qua acturis sumus, &  
rum quæ gesserimus.

Consule etiam Senecam epist. 28. ad Lucilium,  
& lib. 3 de Ira, c. 36.

In EPILOGO hortaberis Auditores, ut, quod ju-  
bet Dominus, spirituales & probati sint trapezitz  
vel numularii: & sicut numularii quotidie rece-  
pti lucrum & detrimentum diligenter compu-  
tant, ita ipsi quotidie in examine suos lapsus cogi-  
rando, loquendo, vel agendo commissos exper-  
dant, vel diei & errata, & recte facta nocte com-  
memorent, neq; prius obdormiscant, quam Deum  
sibi placatum propitiu[m]q; reddiderunt.

### XXXI. PARÆNESIS AD EXER- CITUM CONTEMPLATIONIS, POTISSIMUM RERUM DIVINARUM AC CÆLESTIUM.

S. Mor. c. 12.

Vide Virid.

Virtutum

p. Bussum.

**E**XORDIUM duces à dicto S. Gregorii. Ad con-  
templandum Creatorem homo conditus fuit, &  
eius semper speciem quereret, atque in soliditate illius  
amoris habitaret.

In PROPOSIT. dices, Te auditores, ut inter-  
dum cura terrenarum rerum abjecta, contempla-  
tionis studio se dedant, cohortaturum.

**C**ONFIRMATIO. I. Locus, à Contempla-  
tionis præstantia dignitate, quam satis insinua-